Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8391
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

p. sponsam ornatam unico suo. Fiden
tidem tibi hoc et de ovibus liquide
apparebit si recordaris primus ille
tristos Petrum loquor cum sibi pri
mo oves committerentur, quam atte
te simul de amore commonitus sit
Certe utique tanta cura sapiens cre
ditor non fecisset nisi se sentiret
sponsum. Et sibi utique ex intimo
respondente conscientia. Audite hec
amici sponsi, si tamen amici. Ut pa
rum dixi amici, amicissimi sint
oportet qui privilegio tante fa
miliaritatis donantur. Non otio
se totiens repetitum est. Petre
amas me in commissione ovium.
q. Et ego quidem id significatum per
inde puto ac si ille dixisset: Ihesus. Ni
si testimonium tibi perhibente con
scientia tua quod me ames, et valde et
perfecte ames, hoc est plus quam tua,
plusquam tuos, plusquam etiam te,
ut huiusmodi repetitionis mee numerus
impleatur, nequaquam suscipias
curam hanc, nec te intromittas de
ovibus meis, pro quibus sanguis
utique meus effusus est. Terribilis
sermo et qui possit etiam in pavi
da quorumvis tyrannorum corda con
cutere. Propterea attendite vobis
quicumque opus ministerii huius sorti
ti estis, attendite inquam vobis
et pretioso deposito quod vobis credi
r. tum est. Civitas est, vigilate ad
custodiam concordiamque. Sponsa
est, studete ornatui. Oves sunt, in
tendite pastui. Et hec tria ad illa

dum tertiam sciscitationem forte non
incongrue pertinere dicentur. Por
ro custodia civitatis ut sit sufficiens
trifaria erit a vi tyrannorum,
a fraude hereticorum, a temptationi
bus demoniorum. Sponse vero orna
tus in bonis operibus et moribus
et ordinibus. Ut pastus ovium
communiter quidem in pascuis scrip
turarum tamquam in hereditate do
mini, sed est distinctio in illis. Nam
sunt mandata que duris atque car
nalibus animis imponuntur ex lege
vite et discipline. Et sunt olera di
spensationum, que infirmis et
pusillis corde de respectu misericordie appo
nuntur. Et sunt consiliorum solida
fortiaque que ex intimis sapientie
promuntur sanis, et qui exercitatos
habent sensus ad discretionem boni
et mali. Parvulis namque tamquam
agniculis ad hortationis lac potus
datur non esca. Ad hec boni solli
citique pastores imprimitur pecus
non cessant, bonis lectisque exem
plis et suis magis quam alienis. s.
Nam si alienis et non suis ergo
ignominia est illis, et pecus ita non
proficit. Si enim verbi causa,
ego qui videor inter vos pastores
gerere curam vobis apposuero Moy
si mansuetudinem, patientiam Iob,
misericordiam Samuel, David sanctitatem,
et siqua sunt exempla eiusmodi bo
norum, immitis ipse et impati
ens atque invidus et minime sanctus,
sermo ut vereor minus sapide